

Certum enim: omnes eorum preces non
modò inanes, sed & Domino abomi-
nationi esse.

Audivistis 1. & 2.

Superest, ut ad *ἡμεῖς* accedat.

Oremus igitur ex veris gemitibus cœleste

Numen humiliter, fidenter & constanter;

Credentes semper exaudiuntur justo
tempore. Luc. 18, 7. 8.

Non aufertur, quod differtur in ipso-
rum salutem & Dei gloriam.

Sed & gratiam simul pro acceptis benefi-
ciis Deo nostro habeamus & pro vi-
rili referamus. 1. Thess. 5, 17. & seqq.

Quoniam verò id in nostris non firmum est viri-
bus: flebiliter illud Davidis ingemine-
mus. Psal. 51, 17.

DOMINICA XLVIII.

Ex Quæst. 119. & seqq.

ORATIONIS EXORDIUM VALDE
blandum & consolatorium.

TEXTUS Psalm. 103, 13. & 14.

Ÿ. 13. *Ut misereatur pater filiorum, misereatur
Jehova timentium ipsum.*

Ÿ. 14. *Nam ipse novit figmentum nostrum, me-
mor pulverem nos esse.*

QUÆST.